TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

# FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0770**

*Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.*

Collocazione:

**Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine**
*https://www.techeudine.it/fondo-principale*
*https://www.sbhu.it/*

Cronache Latine

758
a
777

XXIII
22

770

# Jacobi Gordini
## pro aquilejensi Capitulo
## contra
## Comites Goritiae

Giacopo Gordino vivea nel Secolo XIV adulto, come ricavasi dalla Lapida sepolcrale, ch'egli vivendo si pose nella Capella di S. Girolamo nella Catedrale di Aquileja, già da me pubblicata nel primo Tomo delle Antichità Aquilejesi al N.° DXXVI. ed anche dal bel suo panegirico recitato in Aquileja a Nicolò Patriarca, già pubblicato ed illustrato dal dottissimo P. Bernardo de Rubeis Monum. Eccles. Aquil. col. 1063. La Scrittura che dal Gordino son per produrre porta al di fuori questo titolo. Advocatiae nondum correctae. Questa è un Apologia contro l'ultimo Conte di Gorizia intorno all'Avvocazia da lui pretesa. Bene sta l'espressione da lui apposta le di nondum correctae; ~~[illegible]~~ mentre in essa moltissime correzioni s'incontrano di lingua e di Ortografia, e caspature sopra le quali altre parole si veggono rimesse, che non solamente riempiono i spazj fra riga e riga, ma anche bene spesso intaccano le righe stesse, e le sorpassano. Nelle margine molte giunte vi si osservano, chiamate alle sue proprie nicchie da cifre, che poi nel testo bene spesso non si ritrovano. La scrittura è di caratteri molto minuti, e mal configurati. Cose tutte che non poca faticosa mi han resa e difficile la copia, che non per dorme che la molta diligenza però ed attenzione che ho usato nel farla hanno bastato per renderla alquanto migliore. Bertoli. Antich. d'Aquil. V. III. mss.

Oltre le sudette parole Advocatiae nondum correctae leggonsi al fuori anco le seguenti.

Pro Reverendo Capitulo Aquilejensis Ecclesiae in causa pretensae Advocatiae contra Comites Goritiae, ac successores quoscumque, si qui sunt in patria, vel extra eam, causam a Comitibus ipsis sibi arrogantes, feudatarii, vel in Advocatiis asserti, Vassalli illorum, Principe principali, et Domino primario inconsulto, et sic demique in favorem sacri Romani Imperii, et eorum qui jura, ac juridictiones

ab ipsius culmine sunt immediate consecuti, et pariter de sacrosanctae sedis Apostolicae praecipuis; quia cum Praelatus aliquis habet regalia a Principe Saeculari non tamen in feudum ab ipso Praelato appellatur ad Papam, ut in Patriarchatu hoc Aquilejensi celeberrimo, de ipsius olim latissima temporalitate, quam concessione libera Regum ac dono illi obvenisse constat cum multiplicibus bonis.

Al di dentro poi sta scritto come segue:

Pro Reverendo Capitulo Sanctae Aquilejensis
Ecclesiae contra Comites Goritiae, in causa Advocatiae
seu Vidriae pretensae in Villis Plebis Farrae, puta
Gradiscae, ed adjecentibus aliis.
Adsit Virtus Spiritus Sancti, et Virginum Virgo
Beatissima Maria adsistat cum omnibus Sanctis.

## Apologia.

Exploratissimi juris est, et liquido constat, Ecclesiam ipsam sanctam Aquilejensem, quae sub ipsa primitiva primitiis fidei Christianae Marco Evangelista sublimi Principis Apostolorum Discipulo praevio Pastore sumpsit exordium, consistere ex capite suo, hoc est Patriarcha, Decano, et Capitulo ut membris hujus Metropolitanae primariaeque intra Italiam post Lateranensem Sedis. Comes Goritiae se advocatum dicebat, cum tamen esset illius indubitatus Vassallus, sive Feudi, ut infra patebit, et nullo suffultus privilegio, aut legitimo documento solae praescriptioni innitebatur, ut instantia tunc viventis Comitis Leonardi per suos nuncios co-

ram Sermo. Duc. Dom. Nro Venetorum, cum ipse pateret sibi dari Gradiscam (vide petitionem Comitis in primo libro Gradiscae) non villulam qualem antea exilem, sed Oppidum Deo Autore et propitio rite et recte fundatum pro tutela non dum Patriae, sed totius Italiae et Christianorum in ea et extra pie degentium.

Vicissim sibi conveniunt, et synonima sunt vocabula haec videlicet Advocatus, sermone Gallico Advoyer, furlano autem Avoyal, Defensor, Procurator, Patronus, Vicedominus, Custos, Guardianus, et tale officium Advocatiae est officium honoris, quia ut Tutor honorarius datur ad defendendum. Est hodie completissimum Consilium Cardinalis Zabarellae, in quo de Ecclesia Tarvisina I. XXIII. et qualis sit titulus ille Advocatiae, et quid importet, et an possit vendi vel renunciari, vel donari Ecclesiae, vel laico sine consensu Episcopi, deque Regalibus, seu Regaliis altiis habitis a Praelacto, ut Consilium pingue Panor. VI. quod incipit in questione quae vertitur parte 2.a Quae pro nunc sufficiant dixisse in hac causa et praemisisse.

Item pro evidentia dicendorum adhuc praemittendum est pertinentissime, quod Villae illae datae fuerunt, et sunt fidelissimo Capitulo Aquilejensi pleno jure, et cum Imperiali jurisdictione per Romanos Imperatores, et successive eidem Capitulo confirmatae per alios atque alios eidem Imperio successores, et per summos Pontifices, ut in promptu.

Ejusdem autem honorariae tutelae hoc est Advocatiae non dantur de jure alicui, nisi in fundatione Ecclesiae, et ante consecrationem, ut tali videlicet Patrono, Advocato &c et quia Comes ille non erat adhuc in rerum natura quando fundata et dedicata fuit Aquilejensis Ecclesia per Poponem Patriarcham tempore Corradi Imperatoris magni; imo quia Goritia tunc erat Villa, ut infra dicetur, non habuit jus, nec habere potuit Comes ille sicut falso, et de facto praetendebat, imponendi Fodrum, vel collectam, aut vice alicujus tributi, vel pensionis, vel Honeris aliquid tale, puta Copulaticum juxta morem Patriae in illis Villis; et haec requisita numquam fuerunt in ipso Comite, neque in antecessoribus suis; nec potuit unquam ostendere, sicut nec potest tempore illo; Nam et Imperatores, Regesque etiam ita sanxerunt expresse in concessionibus suis, et praesertim Dnus Sermus Henricus Rex, qui confirmavit Patriarchae Poponi omnia Privilegia, Possessiones, Castra, Placita, et Jurisdictione, ita ut nullus Dux, Marchio, Comes, nullaque magna vel parva persona possit in Castellis, et locis placitare, collectas facere, vel homines angariare praeter Patriarcam et sic de aliis Imperialibus et Regalibus.

In his enim habent locum in Advocato illa quae habent locum in Patrono, et si post fundationem Ecclesiae, et ejusdem consecrationem aliquis fortassis damnatus contractus reperiretur, aut ostenderetur celebratus, ille non haberet vim aliquam. Sic contractus Advocatiae, vel de Advocatia post funda-

tionem Ecclesiae non valet, nec causam praescribendi habere poterat.
Quia igitur tales contractus sine licentia Papae et juris forma facti, si qui forte ostenderentur, nulli sunt ut supra, non obstabit ille perditissimus contractus pretensus de Rebottis, de Sale, de Oleo &c. cum quoddam Dño Joanne Comite Goritiae, qui incipit: Nos Joannes &c. 1455. die 12 Julii ad cartas... dicti libri Gradiscae. Verum in Privilegiis Capituli nostri sunt Decreta irritantia expressissime omnes ejusmodi contractus, et sunt prohibitiones Principum quarum vis est, quod irritant, et inane reddant factum contra etiam ignorantes. Ergo Comes in Villis Capituli Aquilejensis, seu Ecclesiae plantare non potuit, nec potest, nec jus aliquod tale habere pretensae advocatiae, quod non fuit in ipsa fundatione, et ante dedicationem ei ut tali constitutum legitime, et sic nec contra irritantia, et annulantia Decreta Principum, Papae, et Imperatoris.... &c.

Accedat quia feudalia in hac patria talia vigent maxime et Comes Goritiae habet jure feudi quod habet, ut est notorium; et ex Privilegio Caroli IV Imperatoris de anno Dñi 1366. in particulari Ecclesiae Sanctae Aquilejensis habentur haec verba formalia videlicet; decernentes quod de Castris, Districtibus, Possessionibus Bonis injuste detentis, et male fidei possessores adversum..... et successores suos Patriarchas et Ecclesiam Aquilejensem ad Bona et jura ejus hujusmodi nulla possit se longi vel longissimi temporis praescriptione tueri.

Injustissimus autem fuit, si fuit Comes et detentor contra jura usurpans sibi officium, et absurdissimum valde esset, et dissonum a jure, quod Vassallus et subditus Imperatoris in Bonis Imperii fecisset vel esset Dominus, nisi eotenus, quatenus Princeps et Imperator ipse voluisset mediate vel immediate.

Advertat velim Advocatus noster quod Comes de directo venit contra juratam fidem, contra Sanctam Dei Ecclesiam, jura etiam Romani Imperii, et Sermi Domini, cujus est Vassallus, et fovet partes omnino odiosas, scilicet praescriptionem; Capitulum Aquilejense vero prorsus favorabiles amplectitur, scilicet privilegia sua. Hinc est quod Comes Goritiae capax allegat Advocatiam, quae nullo jure sibi debetur, quia citra formam, et solemnitatem, de quibus supra, et per praescriptionem allegatam non est causata possessio tanti temporis, ut per publica instrumenta in libro Gradiscae constat; quia illa fuit interrupta omnino, et sic litigiosa res nostra de qua agitur: Quo circa non solum de perceptis fructibus, si qui extorti fuerunt per eum, sed etiam de percipiendis teneretur ipse Comes, nam contra interdicta legum titulus non debet dari. Prescribi autem non potest merum imperium, quia quae sunt reservata Principi, ad alium non sunt trasmissibilia, et talia per inferiores sunt consuetudines, si tamen ille talis habeat causam a Principe, alias non ex eo quod sunt reservata. Verum a Principe nullo habet causam Comes, nec unquam habuit, sed Capitulum Aquilejense, ut in Privilegiis.

Debuit utique Comes, si Advocatus aut Defensor erat Ecclesiae

contra omnes illam defendere, et fortius contra se; et si etiam non diceret se Advocatum, debuit Ecclesiam Dei tueri, non invadere; nam Principibus Orbis Christus Ecclesiam suam commendavit defendendam, non autem impetendam.

Addo quod saepemet etiam Decano, et Canonicis, et Capitulo Aquilejensi concessum fuit per Papam excomunicare olim Mainardum Comitem Goritiae. Si ergo licuit Capitulo cum suis propriis armis spiritualibus agere, fortius potuit confugere ad Patriarcham tunc etiam in temporalibus Dominum Communem, nec non etiam ad Papam.

Patriarchae pro tempore existentes, et rerum domini, non poterant aliquod Copulaticum, seu Nidriam aliquam, vel Avoyeram, fodrum aut aliud onus de Regalibus aliis, quae omnia onus sunt ut supra, imponere in bonis Capituli, vel Colonis; ergo Comes Goritiae subditus et Vasallus longe minus.

Extat transactio, et arbitramentum de Copulatico, et de stando juri in civilibus et criminalibus inter Patriarcham Raimundum, et Capitulum Aquilejense, ubi expresse habetur quod Patriarcha in talibus non poterat se impedire. Vide Privilegia ad Cartas....... Libri Gradinae. Nec mirum; nam ut in principio dixi, Patriarcha et Capitulum sunt unum corpus Ecclesiae ejusdem. Vide etiam remissiones causarum criminalium cum aliis pluribus Patriarchis, et praecipue Beatae Memoriae Beltrando Patriarcha, et aliis.

De vocabulis iis Advocatia sive Avoyra Gallica lingua, et Furlana Avoyal, ut supra, Nidria, Fodro, Copulatico, omnia sunt de Regalibus, et omnia intelliguntur contra Comitem, qui Regalia

ipsa concessa Capitulo non potuit preoccupare; de fodro vero est vulgare Lombardorum, hoc et pro collecta, et pariter de Regalibus, et Albergatoriis; de Copulatico vero more patrio loquuntur Privilegia, seu sententiae illae, quod idem est cum supradictis, et Garrito Shiau vel minima discrimine quis esset in facto.

Si Comes ipse Goritiae erat verus Advocatus, non erat opus, quod vacante Sede Patriarchali saepius se fecerit elegi, et publico stipendio conduci ad defensionem et militiam Ecclesiae Aquilejensis; frustra enim foris quesisset que intus haberet. Vide publica instrumenta, et inter cetera unum ad cartas..... incipiens. Nos Henricus Comes &c. manu Otthonis de Valvasono datum in Villa S. Odorici 1310 penult. Januarii; item alii diversi ab ipso Comite occurentibus vacationibus sedis Sanctae predicte eligebantur etiam, ut est notorissimum in Patria, et sunt abbundanter in annalibus Patrie.

Sive itaque antiquum jus prescriptionis pretendat Comes in dicta Advocatia, et causam ab ipso habentes, quod tamen non probatit, dico illam non habuisse requisita de jure, et per consequens corruit, et caret viribus; nam nec causam prescribendi probare potuit, ut supra in allegatis juribus. Sive dicat, illud esse novum, quod etiam non potuit ostendere, dico, quod dantes et recipientes sunt excomunicati; dixerim hoc etiam quoad successores quascumque in Comitatu.

Non obstat frivolum, et detestabile illud instrumentum de tribus Robottis in anno ut ad chartas 17 8bri Gradisce, quod instrumentum incipit. Nos Johannes &c. Nomina namque Robottarum veniunt

aliqua annua servitia, et ruralia; quæ se explicant in eo. Ex liberalitate tamen etiam aliæ villæ aliquibus aliis, et præsertim nobilibus modis serviunt aliquando; sed quando volunt, et Capitulum novim probat quia adjuvant illi ipsos colonos in particularibus eorum causis, et similiter de villis aliorum Castellanorum, quæ cum placet inserviunt aliis non dominis suis, prout privato affectu, et ad libitum, non coacti in communi et in particulari.

Tales enim adhesiones, alienationes, submissiones, et onerum impositiones debent fieri cum summa maturitate, et causæ cognitione, ac diligentissimo tractatu, et forma de quibus supra. Non enim instrumentum illud Robottarum factum fuit solemniter, sed divisim per paucissimos, et dato quod major pars Capituli hoc fecisset, non sufficit, quia nec necessitatem, nec utilitatem hoc respicit; sed detrimentum Ecclesiæ, inconsulto etiam Romano Pontifice non potuit fieri.

Et ad magis prosternendum dictum damnatissimum instrumentum de Robottis adest privilegium Dni Otthonis Imperatoris, qui non vult, quod spectantia ad Ducatum Forijulii per nullum alium exerceatur, quam per Patriarcham. Item Henricus rex vult, quod in loco Patriarcæ, et Ecclesiæ Aquilejensis nullus placitet, nec collectas faciat, vel homines queat angariare præter Patriarcham. Item Federicus Imperator, et Conradus Magnus Imperator vetant angarias, et ......, et hæc omnia premissa sunt in uno libro pergameneo per me transmisso Venetias de mandato cum aliis pluribus documentis visa et diligenter examinata apud excelsum magistratum X. Quædam in libro Gradiscæ per me compillato, sed pauca, puta Federici

ad Chartas II. in quo privilegio Othonis Imperatoris quarti, ad Charta 12. et 13. et ejusdem Othonis ad chartas 14.

Et quod de sale dicitur in illo indigestissimo de Robottis minime subsistit de jure. Serenissimum enim Dominum nostrum quod tenet sic volente Deo jura in patria, et in ea est Princeps, et Principatus solus, non autem Comes aliquis, vel Castellanus, seu Vassallus statuit, quod sal non vendatur in villis, et ad Comitem Goritiæ hoc non spectabat facere, aut disponere; Statuta namque proprie conveniunt Principi, et non Vassallo. Item providet constitutio patriæ confirmata per Serenum Dominum, quod in villis stationes non habeantur ad minutum, et superfluit illud istrumentum maledictum etiam in hac sui parte de stationibus loquens.

Et similiter de oleo, sale, et Robottis ab antiquo vendi solitis in illis villis, ut ipsimet adversarii in eo perditissimo instrumento fatentur ex antiqua memoria, et consuetudine quod facere dicebat coloni ipsis et villis Capituli temporibus Patriarcharum; si sic est et erat talis compositio non valuit de jure; quia admodum præjudicialis Ecclesiæ, quare injusta fuit petitio illa Comitis, et merito rejecta per Serenum Dominum Nostrum.

Et dato sine præjudicio veritatis, quod hujus novi pessimique instrumenti ~~initata~~ pacta subsisterent, quæ, sicut alatum est, non subsistunt, dico, quod est de directo contra Comitis, seu nunciorum illius instantiam; quia contendunt, se plenissimum jus habere in illis bais ut in ipsa petitione, ideo dicendum, quod ~~contra~~ ultra illa, quæ continentur in illo istrumento Robottorum non debeat se extendere vel dilatare, ut nunc pe...... Et propterea non est Serenum

quod dicunt de jurisdictione de tributis, de Pensionibus cum plagiis et Robottis, aliisque indistincte. Praescriptio namque add id tantum se extenditur quod est possessum neque possunt prohinde compellere quasi Comites Rusticos Ecclesiae ad calcem vel lapides, aut arenam, aut hujusmodi diversa onera ab illis, de quibus in instrumento illo, sed non ad alia, ut satis supra, et verissimum est.

Nota dignum est, quod instrumentum illud depravatissimum fuit de anno 1455. 2. Junii, quod incipit. Nos Johannes. Sed aliud postea, et magis novum in contradictorio judicio inter Comitem et Capitulum fuit de anno 1459. Indictione 7. de Jovis 12. Junii, de quo in libro Gradiscae ad Chartas.... ex quo liquet, incolas illarum Villarum esse subditos Capituli Aquilejensis, et non Comitis sub Clariss Domino Leonardo Contareno Locumtenente Patriae, et Judice. Legatur, quia multum stringit pro Capitulo Aquilejensi, contra illud instrumentum de Robottis, et omnem rapacitatem Comitis, e contra bestialitatem eorum, qui in illo actae suggestu, iniquo interfuerunt, inter quos aliqui, qui volebant Zecchas in S.^to Forato, aliqui in territoriis Capitaneatus Belgradi ab ipso Comite contra juramentum praestitum Ecclesiae suae, quae nutricantur. Horum nomina Deus novit, et instrumentum in se habet. Intelligat quis an vera loquar. Hunc controversiae et contra instrumentum illud discerpendum, et diaboli dentibus dilaniandum applico pro juribus Capituli nostri fidelissimi Consil. Panorm. VI. parte 2. incipiens in quaestione quae vertitur, erat enim lis inter Abbatem, qui ab imperio recognoscebat Regalia in quodam Castro, et inter homines dicti Castri, et mi=

rabiliter fuit pro victoria intra judicio meo contra Comitem et succes-
sores suos tam super Regalibus, quæ sunt Capitali Aquilejensis, quam su-
per illis pertinentibus collectis, et aliis oneribus quibuscunque; videatur
plenissime circa principium Consilii.

In Patriarcha enim, et Ecclesia Aquilejensis sunt Regalia Dono Prin-
cipum, et bona eodem Dono obvenerunt, et non in feudum in ~~feudum~~
ut in privilegiis unctis dictæ sanctæ Ecclesiæ, cui Dominia illa jura, et ju-
risdictiones fuerunt donata, et non in feudum data.

Invetur in quodam instrumento publico incipiente Anno Dni 1202. 13 De-
cembris, incipiente. Nos quidem Dietricus de Fontebono, in quo de juribus Comi-
tatus Goritiæ super hujusmodi Advocatia Ecclesiæ Aquilejensis, et aliarum in
Patria; ibi de iis, quæ sunt Canonica Aquilejensis habet Advocatiam in Mos-
sana, in Mariano, et Farra semper fuit contentio; si in Farra, hoc est
in Villa Farræ, in quibus est Gradisca, semper fuit contentio inter Co-
mites et Canonicos, seu Canonicam Aquilejensis Ecclesiæ, ergo semper
Comites fuerunt mala fide; quo casu cessat omnis prescriptio pre-
tensa, licet forte de facto, quia, potentissimus erat in Patria ali-
quid extorsisset aliquando. Si igitur attendimus instrumentum illud co-
ram Dno tunc Locumtenente incontradictorio contra Comitem cele-
brato, et sententiam ipsam, in qua expressissime cavetur, quod homines
de Farra, Sabreda, et Gradisca sunt subditi Capitali Aquilejensis, et
non Comitis Goritiæ, et ideo quod vicera illarum Villarum compa-
rentur pro Capitulo, et non pro Comite super impositionibus, quæ
contingunt illis ut in eo; et instrumentum illud sumum fuit de an-
no 1499 di 11 Januarj: Instantia vero et petitio Comitis per
suos nuncios, et mandatorios coram Serenum Duc. Dom. fuit de

anno 1480 de mense Julio. Unde non effluxerunt anni 40, sed solum 25, ut liquet. Ergo cessat praescriptio pretensa. Deinde semper fuerunt contentiones, ad. aequod Comes rapuit Capitulo Decimam in Schalacio occasione quadam more represalearum contra Capitulum ob non datam Widriam Farre, sive gradis: e, sicut volebat, rapiendo, et diripiendo violenter more suorum.

Et similiter si considerentur tempora alia superiora longe ante illam victoriosam sententiam sub Clarmo Dno Leonardo Contareno 1455. 11 Junii ultra illud instrumentum, de quo supra de anno 1202 die 13 Xbris, in quo ex: presse cavetur, quod in Canonica Aquilejensis Ecclesiae Comes Goritiae habebat Advocatiam tantum in Muzzana, et quod in Farra semper fuit contentio.

Dico etiam ulterius, quod Henricus Advocatus Placitum Advocatiae tradidit et resignavit in manibus Patriarchae Wodarlici, ita ut nullus amodo, et usque in sempiternum ibi placitet; sed Fratres digne et religiose, atque devote Deo jugiter servientes perpetuo, et inviolabili jure habeant, ut in eo.

Ex libro Anniversariorum vetusto Capituli ejusdem Aquilejae sunt haec; „In festo Sanctae Barbarae Virginis et Martyris 4 Xbris Henricus Dux et Advocatus obiit, qui Placitum Advocatiae fratribus dedit. Notum sit omnibus Christi fidelibus qualiter ego Henricus Dux Placitum Advocatiae Canonicae Aquilejensis Ecclesiae pro mea anima, et Laicardae uxoris meae et fratribus his coram Clericis et Laici collaudante et confirmante Dno Wodarlico Patriarcha fratre meo dederimus, eo tenore videlicet ut semper in festivitate omnium Sanctorum &c.„ Videatur etiam lapidem vivam literis, sive epitaphium in sepulcro Comitum illorum in vestibulo templi ad laevam partem magni ostii exeundo.

Et quia quidam Mainardus Comes sucessor vexabat dictos Canonicos super Advocatia predicta de Farra, Dnus Joannes Episcopus Paduanus Apostolicus Legatus anno Dni 1216. Paduae in sua Episcopali Palatio

ficem facit de quadam sententia excommunicationis lata contra di-
ctum Comitem Mainardum de Goritia per Patriarcham Gradensem etiam Apostolicum Legatum, ut ad chartas ......, et Dnus Antonius Patriarcha procedit contra officiales Comitis Goritiæ, nominatim autem contra quemdam Joannem de Rabatta Capitaneum Goritiæ, Processum et Censuras fulminat instantibus Canonicis et Capitulo Aquilejensi occasione jurisdictionis Villæ Farræ, et aliarum Villarum circum jacentium dicti Capituli ut ad chartas .... Incipit mandatum. Antonius &c. dilecto nobis in Christo Plebano nostro Goritiæ, sive ejus Vicario ibidem Salutem &c. de alio latere sic: Antonius &c Nob: Joanni de Rabatta Capitaneo Goritiæ &c. ita quod nullo modo Comes potest præscriptione se tueri, tanquam violentus, et in pessima fide semper constitutus ex antiquis temporibus.

Ecce ergo quanta mala Goritiani Comites in hac Patria præpotentes fecerunt semper etiam contra Dominos et fundatores suos Patriarchas, ut dicitur infra nedum contra Canonicos et Capitulum longe debiliores. Si Advocati erant debebant utique defendere, et non invadere.

Volunt etiam jus Patronatus in Plebibus usurpare, ubi minime fundaverunt Beneficia, et sic invadunt ii Comites jura spiritualia pariter ac temporalia Ecclesiarum. De cæteris modo non loquar in specie; sat sit pro nunc quod in Plebe Shicgliani, quæ est de collatione Capituli libera, idem Joannes Comes volebat etiam ponere Plebanum, ut in fine dicti excommunicati instrumenti, quod incipit. Nos Joannes &c. Se de jure Advocatus Ecclesiæ non potest esse Patronus Ecclesiæ, sed comparatur Tutori, qui datur pupillo, ut eum defendat a vexationibus aliorum, et appellatur honorarius, vel notitiæ gratia datus ut alios contutores instruat, ne computatur talis tutela in numero trium tutelarum, sed est honoris gratia tantum.

Sunt qui forte dicant; esto quod Henricus Comes et Dux refutaverit jus advocatiæ, ut supra; alius Patriarcha de novo Comites investivit; quod tamen non ostenditur, sed ad præscriptionis scopulum confugiunt ipsi Comites, ec.

Respondetur etiam quod non fuit proprie refutatio, sed relaxatio; nam comes occupabat hoc jus Advocatiæ qui in fundatione Ecclesiæ non illud habuit et nunquam ante, imo semper fuit de ea contentio ut supra, et Papæ et Imperatores refutationem ipsam admiserunt confirmantes, et manum apponentes, ut in privilegiis Capituli, ut supra satis est dictum; et cum princeps apponit manum, et incipit cognoscere, omnibus aliis est impositum silentium. Item si quæ fuit nova concessio Advocatiæ, quæ tamen non apparet, dicitur quod illa non fuit cum juris solemnitate facta, non in fundatione ut supra, et minime servandis servatis, quæ in talibus requiruntur, sicut allegatum est satis ante.

Comes Goritiæ ergo Vassallus, ipse fundatus ab ipsa Ecclesia, non fundator, et potuit refudare etiam si verus fuisset Advocatus.

Sed ad omnino convincendam magis hunc comitem bonorum Ecclesiæ Sanctæ Dei invasorem, non est omittendum, quod cum esset lis non parva de pascuis inter hominis et comunia Villarum Farræ, Gradiscæ atque de Mariano de anno 1448. 22 Augusti, factum fuit compromissum inter dictas partes in Dominos Antonium de Belgrado, et Joannem de Melso Advocatos partium et Doctores, et exinde emanavit sententia pro Capitulo Aquilejensi. Aderant Dni Joannes de Zucco et Dominicus de Cassacio, nec non Christophorus de Savanis Canonici, et pro favore hominum Farræ et Gradiscæ subditorum Capituli de Mariano contra illos subditos Comitis, et pro ipso Comite aderat interveniens Dnus Petrus de Cormono Capitaneus Goritiæ volens et conscientiens

tanquam Capitaneus Goritiæ, ut constat manu q.m Petri Medici Notarii Utinensis.

Ecce ergo, quod contra homines Farræ et Gradiscæ erant ministri Comitis pro utilitatis illius de Mariano. Nuncii autem Capituli Aquilejensis de quibus supra, et Canonici defendebant homines de Farra et Gradisca, tanquam suos contra non suos de Meriano subditos Comitis.

Hoc igitur qualem Advocatum, qualem Defensorem, Protectorem, Procuratorem, Patronum, imo Prevaricatorem, Profanatorem, Raptorem impii et detestabilem, et omnino a Christo alienum et aversum, imitatorem majorem suorum malorum prave agentium, de quibus proh pudor miserabilis patriæ nomen lugentem ne historiæ dicere compellunt et pertinentissime illorum pessima exarare facinora.

De gestis pessimis Goritianorum Comitum Vassalorum atque Ecclesiæ Sanctæ Aquilejensis contra eorum juramenta, deque omnimoda perfidia ex multis pauca hæc collegi ex annallibus patriæ tunc admodum infelicis, atque infaustæ potentia comitum illorum bellis et rapinis, obnoxiæ, atque agitatæ.... atque incensij.

Premitto quod tempore Hottonis 3.ii Imperatoris Goritia fuit Villa, cujus medietas cum certis aliis concessa fuit, per ipsum Dnum Ottonem Johanni Patriarchæ Aquilejensis, ut in libro Pergameni, de quo supra qui est Venetiis, ut ad chartas 11.

1262. Julii 12. Albertus capit Gregorium Patriarcham Aquilejensem apud Villam novam sub Rosaccio in aurora diei in lecto, qui nudipes fuit ductus Goritiam in uno roncino captivus, sic inquit historia.

1268. Fautores dicti Comites apud montem Medeam ante

horam tertiam interfecerunt Dnum Albertum Episcopum Concordi: ensem Vicedominum dicti Patriarchæ, et quosdam alios per insidias.

Dicto anno Gregorius Patriarcha destruit pontem Goritiæ. Mor: tuo eodem Gregorio Patriarcha in 1269 in Civitate Austriæ [illegible] Dux Carinthiæ per Forojulienses fuit electus in Capitaneum Forijulii; ecce ergo contra Comitem Goritiæ, qui non succedebat, pro Ecclesia vacante in Gubernatorem Ecclesiæ et Vicedominus, sed alii et hic eligebantur. Simi: lia alia habentur documenta de aliis atque aliis sic deputatis defensoribus, imo de ipsismet Comitibus aliquoties electi sede vacante.

Fautor vanus dicti Comitis erat Articus de Castello, contra quem movit castra Dnus Philippus frater dicti Dnus Carinthiæ electus Patriarcha 1269. Raimundus Patriarcha intravit 1274, fecit compromissum cum alberto Comite Goritiæ, qui Comes licet jurasset stare præceptis Dni sui Patriarchæ, et cum ipse Patriarcha eis vellet Cormonum, ille perjurus Noam aufugit in Civitate Austriæ, ubi Comunes Amici de pace convenerunt.

Idem Comes favebat Justinopolitanis hostibus factis Dno suo com: muni Patriarcæ, et iterum inter dictum Comitem Albertum ex una, et Patriarcha ex altera fit quædam compositio in Civitate Austriæ 1275 die 4 Febr.

1277. 9 Junii in Civitate Austria fuit pronunciata pax inter Patriarcham Raimundum, et prædictum Comitem albertum, et die subsequente detectæ fue: runt litteræ insidiarum plenæ contra dictum Patriarcham, quibus Comes Goritiæ, et quidam alii cum ipso Liberi et Ministeriales Forojulii scribe: bant imperatori contra ipsum Dnum Patriarcham, et ad Archiepisco: pum Mediolanensem inimicum ejus, et fuit amputata manus scriptori litterarum, et hodie litteræ illæ custodiuntur, ut sic, et vidi eas, et legi, et sunt cancellatæ.

1289. die 14 Martii. Albertus idem Comes Goritiæ veniens de Carin:

thia stetit in Villa Tricesimi, et illam combussit totam cum Ecclesia et Fortilitio.

1299. Dum Dnus Raimundus Patriarcha cum maximo exercitu oppugnaret certam Terram, quam Veneti edificaverant juxta Tergestum, Comes ipse Albertus inscio Patriarcha recessit de Castris, et quia dicebatur, quod ipse Comes volebat prodere exercitum et Patriarcham, inde recessit cum suis.

Mortuo Raimundo 1299. 13 Martii. In prato Campoformii Henricus Comes Goritie filius ..... eligitur in Capitaneum Forojulii, multiplicata mala fecit auxilio Castellanorum et Gerardi de Camino, et Comite de Cilia contra Utinenses, et Civitatenses depredando, capiendo homines, et etiam mulieres, et parvulos pueros spoliando, Ecclesiam rumpendo inhumaniter, et deportando omnia.

Anno Dni 1300 erat guerra inter Dnum Petrum Patriarcham et Girardum Caminatem, et quia ut dicebatur, Patriarcha favebat Communitatibus, cum quo pauci Castellani ex altera parte, in tantum quod destruxerunt totam Patriam Forojulii, et in bello multi mortui fuerunt.

Eodem anno Dnus Mainardus Comes de Ortemburga Capitaneus Patrie generalis per Dnum Petrum Patriarcham venit in Forojulium in subsidium dicti Dni Patriarche, et Aquilejensis Ecclesie contra Gerardum Caminatem, et Comitem Goritie, et quasi contra omnes Castellanos, et obsedit Villaltam.

De anno 1305 Otthobonus Patriarcha Aquilejensis exivit Utinum contra Rizzardum de Camino. Patriarcha habuit secum adjutorem Dnum ..... Ducem Carinthie, et ipse Dux promisit juvare Dnum Patriarcham et Aquilejensem Ecclesiam pro posse suo.

De anno 1306 Gentes Henrici Comitis Goritie ceperunt Patriam, et contra Patriarcham multa mala fecerunt; et Nicolaus de Budrio cum gente dicti Comitis, et cum Rodulfo de Duino, et Joanne de Villalta,

Deo aliis multis studiose combusserunt Ecclesiam S. Teodori de Trivignano, in qua combusserunt ultra quinquaginta inter mulieres et pueros, et reperti fuerunt plures super Altare combusti. Deinde dictus Henricus Comes Goritiæ, et alii plures ex Castellanis combusserunt totam illam villam cum Campanili, et pessima quæque fecerunt; similiter combusserunt Villas Orsariæ, et Premariaci, Villam Gajani, et Carratiæ et Vadum usque Borgum Civitatis, item Cortinam Sedejani. Hic Henricus fuit pessimus Comes nulli fidus, sicut sui majores aliqui, varius mendax, modo hujus, modo illius, impius et crudelis ut etiam infra.

Hic idem Henricus sacrilegus notorius, fedifragus, concordiam fecit cum ipso Patriarcha sane improbatissimam omni jure; adeo eumdem coarctaverat factus enim Capitaneus, et supra omnes redditus Patriarchatus, et Garitum sibi retinens, hoc est juxta vulgare nostrum jurisdictionem plenariam meri et mixti imperij, Patriarchæ dabat tria milia Marcharum in terminatis terminis, et nil ultra accipiebat Dnus Patriarcha de omni temporalitate, ita quod omnes coacti fuerunt jurare, et jurarunt sub ipso Comite datis obsidibus de anno 1313; et tamen parum post fuit ~~[illegible]~~ denuo orta discordia de anno 1314; et facta fuit nova compositio detrimentosa tam Patriarchatui quam Ecclesiæ Aquilejensis.

De anno etiam 1313; quia sic opus fuerat, Patriarcha cum Duce Austriæ, Paduanis et Tarvisanis convenit contra Henricum Comitem Goritiæ Capitaneum Ecclesiæ Aquilejensis, quia illa occupat Castella de Los, Arispergum, Montemfalconem, Tricesimum, Artineam, Clusam, Sacillum, Pulcinetum, Faganeam, S. Vitum, Gannipam, et denique Tulminum.

Omissis denique Cunctis percurrere libet tempora beati Patris nostri Beltrandi, quem impii quasi hostiam sacram crudelissime trucidarunt, et mactaverunt. Dum Patriarcha ipse sanctus plura pro libertate contra illos pugnat, venientem enim ex concilio Provinciali, quod Paduae celebraverat gentes Comitis Goritiae a Spilimbergo egressae manu impiorum apud Richinveldam dire crudeliterque interfecerunt. Claret miraculis undequaque clarus atque coruscans memoria sempiterna; Genere nobili Genesii Caturcensis ~~Dioec~~ Dioecesis ortus, sacri Palatii Auditor insignis, annos 16 fuit fortissimus juris interpres scripsit in jure.

Scribit ipse de se ad Decanum suum; et prima quod de manu Comitissae Goritiae redemit Sacillum, Medunam, et de manu Gerardi Caminensis cum Comite ut supra confederati; Avianum, Castrum Turris ab illis de Porcilleis, et ab ipsa Comitissa terras et Castra Istriae cum magno labore; recuperavit Venzonum captis fidelibus Comitis Goritiae; deinde cum Comes qui cum Comite Veglie fractis treguis predictis iterum ipsius Patriarchae loca invaderet, habuit Bertrandus eundem Carolum IV. Imperatorem, et Johannem Comitem Tirolii in subsidium et defensionem; invasit primo Cormonum deinde Goritiam, tres missas celebravit solemniter assistentibus Principibus antedictis, et Comitibus de Ortemburg, deinde pervenit Belgradum, et Latisanam. Facta tregua ad annum unum idem Comes denuo Patriarcham ipsum invasit; redit iterum Patriarcha in castris contra illum cum impensis et sudoribus maximis contra Ba-

varici Ducis Ziliani, et Comitem illum conspirante apud Cadurium, et victor fuit.

Itaque plurima mala Comites Goritiani contra dominos suos Patriarchas, et Ecclesiam Sanctam Aquilejensem fecerunt.

Successit Nicolaus Patriarcha ~~et D~~ frater Dni Caroli IV Imperatoris; ultor ipse accerimus fuit hostium illorum, et necis Beltrandi, sicariorum Castella evertit, et plures sobbruncatos, et furca suspensos ultimo supplicio affecit, passim victor triumfavit glorioso trofeo. Johannem Franciscum de castro Porpetti, sive Castello rebellem interfecit, cujus caput abrasum, hastam subfixum probi gratia per loca illustria deportare fecit.

Novissimis annis contra Serenum Duc. Dom. nostrum factus rebellis Leonardus Comes Goritie recusare cepit, onera cum dicis subditis obire, et facere, que ceteri vassalli, et ipse consueverat. Satis in sententia ex publico instrumento, de quo supra sub Clariss: Dno Leonardo Contareno Locumtenente tunc Patrie in contradictorio illo judicio, quando ipse Comes volebat quod certe pertice restantes in cautione fovee Liquentie per Villas Farre et Gradisce &c. ponerentur ad computum Subditorum sui Comitatus, et Capituli Aquilejensis.

Ecce quod concurrebant loca dicti Comitatus etiam in oneribus municis publicis. Deinde cum non erubuisset petere Gradiscam, et me contradicum perorante coram Sereno Ducali Dominio nostro ille succubuisset in rebellionem conceptam apertamque prosiliit negando se vassallum, fundandoque Turrim in ditione non sua, et juxta Pontem Goritie, admittendo hostes (proh dolor) etiam fidei Cristiane, et alia similia plura

detestabilia gerendo.

In eo conflictu contra me pro Rdo Capitulo Aquilejense mari; me dicentem habui adversantesque mihi Dnos. Johannem Inderbach Episcopum Tridentinum, Baldassarem Ansperg, Lodovicum Cosiacher milites auratos et alios; fuit et Petrus Rafael, ille Capitaneus Goritiæ, hic scriba.

Etiam nominibus Serenissimorum Regum Friderici tertii Imperatoris, et Nati Massimiliani illi confligebant, petebantque Gradiscam, quam convici esse Coetus et Capituli Aquilejensis fidelissimi semper.

Videatur compilatio libri mei Gradisca nuncupati, quem habet, et Serenum Dom. asservat; pariter apud Eminentissimum Decem Magistratum. Multum fuit Dominium Serenum Joanni olim Comiti defuncto majori natu Leonardi junioris fratri, quem Fridericus idem Imperator ejecerat de Ortemburgo, quo tempore Uladislaus Comes Ciliæ fuit interfectus in regio conventu Hungarorum tempore Ladislai Junioris Regis. In Ortemburgo enim interfectus ille concubinam N. N. spetiosam cum thesauris locaverat prius jure sanguinis et cognationis Joannes Goritiæ Comes locum et Dominium sibi vindicaverat, et ipsam pariter fœminam cum auro onustam.

Obsidebat Fridericus etiam Leontium, et contemplatione Serenissimi Dominii obsidionem dissolvit contentus Ortemburghi Comitatu, et Ciliæ.

Supervixit Leonardus paterna in ditione exinde securus Venetorum Dominorum suorum nostrorumque beneficio. Ingratus item rebellavit, ut dixi.

Putaverim familiam Goritianorum Comitum merito sine prole decessisse, sicut et Ciliæ Comes ille, et Vegliæ, atque Rizzardus de Camino defecerant ante Judicia Dei, etsi abyssus multa non tamen injusta.

Joanni et Leonardo genitor fuit Wlicus. mater Ungara spetiosa, formaque præstandi, et animo, ut inquit Pius, plusquam virili, quæ deni:

que maritum male versantem in vincula conjecit: subsidio tandem Hotrici Comitis Cilie liberatus ille uxorem a se abdicavit. Ulrico Comite Goritie Leonardi novissimi ridicule quedam ex Pio Papa 2.

Libet inserere verba Pii in sua Europa dum solemnitatem quadam Carinthie non illepidam describit sic videlicet:

„ In hac Provincia Nosticus vir muliere comptior imperbere filius
„ media nocte ad potum surgere consulit increpitans, quod sine siti somnum
„ agerent, cum pastoribus, et bubulcis sepius quam cum Nobilibus obversatus
„ erat, senex super glacie cum pueris lusit, inter vulgata scorta frequen-
„ tissime lavit, raro in aula pransus est, solo coquinam adiens offulas in
„ ipsa coquina voravit, vestes induit viles, et perunctas, pectus nondum et
„ apertum ostendit, oculi semper lacrymantes fuere, quem cum aliquando, ad
„ se venientem Fridericus Imperator ex fenestra intuitus esset, me vocitans,
„ age, inquit Aenea, Principem, qui ad nos properat, contemplare si quem man-
„ diorem pulchrioremque videris aliquando, effare mihi; cum satis Principem
„ Comitesque considerassem, feda rusticitas visa est, que dominatum assequuta
„ egregiam nobilitatem servitio premeret. Hec ille.„

Vidi hunc Aquileje palio Crassiore, nudis brachiis, nudoque capite, ocu-
lis lipientibus nidore spirare, ne dixerim, fetorem, canes plures in culto rhe-
da, qua vehebatur, admisit, et diu eos suo convivas habuit. Simpliciori natura alii adtribuebant; alii stupori animi depressioris; piscatulos hamo solus in additis rustica veste galeroque vilissimo tectus; interceptus aliquandum, et minime cognitus a suis veluti reus trahi patiebatur ad arcem cum ce-
ptis pisciculis, atque ad ipsam uxorem.

Leonardus Conjugem duxit de Gonzaga Mantuanam moribus sane laudatam; interrogata cur tamdiu sine prole esset, respondit, non datur solo attactu pulvinorum conceptus non accedebat ad eam homo ille con-

cubinis adherens totis devundas medullis. Ariolos, divinos, negromantes sequutus in delicis habuit; Homicidos, gladiatores, et sicarios fovit quotquot ad se confugerent, aere redempta paricidia pariter; denique paterna foeditate oculorum pressas periit.

Benedictus Deus! Possident Veneti Goritiam ipsam cum comitatu jure optimo, quam denique restituerunt tantum in gratiam Maximiliani, ut jure non armis decernatur. Discant qui nos et Ecclesiam sanctam Dei premunt, invadunt, lacerant; notent et praecordiis, ac mentis oculis pie considerent cuncti. Templum Dei Genitrici Mariae dicatum observent, venerentur, et templi Ministros non laedant. Non sint majestatis tantae rei, foveant potius, foveant, et assistant, beati ut sint fortunis, ac perenni sobole felices, et pulchra prole parentes, non infecundi, non maledicto sterelitatis obnoxii successore carentes, et Herede dulcissimo, consanguineis, et nepotibus. Deus ultionum libere agit, cujus tutelae, et si peccatores subjicimur semper. Scriptum est, qui vos odit, me odit inquit altissimus, et in membris suis persecutores patitur Christus.

Rapuit aliquando et multa Comes in illis Villis, quas Capitulum Aquilejense possidet, sine intermissione pregio imperiali dono, summorumque Pontificum gratia precedente. Ille perfidia et fide pessima munitus, Capitulum vero semper titulo suo justissimo munitus, atque Regali bona fide gaudens securum fuit et tutum; et si molestias substinuit, et damna graviora contra potentem, non tamen jus suum pinguissimum intermisit, et pro possessione justissima Capituli, e injustissima invasione Comitum Goritianorum, dicendum sane est omni jure optimo, et fundamento nostro, quod omnis jurisdictio, et omnis districtus, per totum orbem est apud Principem de jure Communi, et etiam minima jurisdictio non potest conferri sine auctoritate Principis mediata, vel immediata,

Non fuit itaque jurisdictio aliqua apud Comites Goritiæ, sed omnino indubitata penes Capitulum Aquilejense, ut in Privilegiis, vel sententiis, ut supra satis, apud quod Capitulum fuerunt, et semper sunt Regalia illarum Villarum, et antiquissimæ consuetudinis; et ideo id totum, quod est in Villis damnatissimis instrumentis quid videtur facere pro Comite, et in sua petitione novissima coram Serenissimo Ducali Dominio nostro Venetiarum, cum inverecunde petit Gradiscam, quæ minime faciunt pro ipso, ut dixi supra, penitus ruunt de jure; nam vendere ad minutum carnes, vina, aromata, et imponere gabellas, et prohibere datia de Sale, de Robbottis, et oneris occurentibus computari possunt et debent inter Regalia, et Regalia sunt Capituli. Nemo potest exigere vectigalia, nisi habeat Regalia; hæc enim præter illum, qui habet Regalia, nulli sunt concessa, comoditates enim tales sequuntur eos qui habent jurisdictionem Regaliam ipsorum tantum, sicut sonant Privilegia Imperialia concessa Rdo Capitulo Aquilejensi, ut supra.

Infero propterea, quod Comites Goritiæ non habentes per prædicta jus Advocatiæ, et Regalium in locis prædictis, neque in aliis bonis et prædiis Ecclesiæ Sanctæ Aquilejensis, seu Capituli, quæ unum corpus sunt cum capite Patriarcha, non potuerunt Advocatiam aliquam infeudare aliis, ut per confusionem et abusum in locis multis fecerunt in Patria hac tunc solita regi internorum Rebellorum studiis, et potentia, non autem legibus, quæ inter arma silebant temporibus illis; et sic dico de jurisdictionibus cunctis, quæ vendi non possunt, quia sunt Imperii, a quo fluunt et refluunt, ut supra proxime, et hæc vera sunt etiam si ipse Comes fuisset revera Advocatus, quod proprie

est Ultimum honoris tantum, ita quod nullo modo licuisset propria auctoritate Principis tuo inscio illud in alium transferre.

Quod autem Capitulum Aquilejense omni ex parte fidelissimum ultra privilegia sua fuerit, et sit in possessione antiquissima Regalium suorum, habes resignationes, seu potius relaxationes Advocatiæ, de qua agitur; habes Documentum sententiæ in contradictorio judicio contra Comitem sub Cla. Dno. Leonardo Contareno Locumtenente dignissimo, habes depositionem testium quorundam, videlicet ex nostris Dni Rainaldi Govardi de Justinopoli Cancellarii tunc Magnifici Dni Lucæ Mauro.... quæ habentur penes Capitulum Aquilejense, et inde excerptæ sunt depositiones aliquorum testium ad futurorum memoriam sub...... to Gradiscæ.

Super uno Capitulorum illorum in ordine VI. sic: quod Cittadella Gradisca fundata est in fundo Villæ Gradiscæ in proprietate a Dominio Capituli Aquilejensis.

Die 6. Martii 1484. Nob. Joanne de Candidis Civis Utinensis juratus super sexto Capitulo dixit: quod Cittadella Gradiscæ, qui locus est, ut publice audivit, dici, est in fundo Dominii, et jurisdictionis Capituli Aquilejensis.

Item similiter deposuerunt Nob. C. Jacobus Crustii de Cucanea & Daniel de Valentinis & Petrus de Strasoldo & Odoricus de Strasoldo.

Die III. Junii 1484. Spectis Dnus Pasqualinus de Martellariis Honduus Sic.s et Sgerens Mag.ci et Clar. D Lucæ Mauro pro Serm.o Duc. Dnio nostro Venetiarum Patriæ Forijulii Locumtenente digno accessit ad videndum loca infrascripta de ejus mandato, quæ diligentissime videtur, et examinavit, videlicet Dramsano, Petigliano, Gradiscam, Brumanum Vilanovam &c.

Sunt litteræ Ducales plures in favorem Capituli, in quibus contra Comites Goritiæ, et suos ministros mandat, quod Capitulum ipsum defen-

datur in juribus et jurisdictionibus suis, et conservetur in Villis, possessionibus et bo-
nis ipsius Capituli, quæ sunt circa Cittadellam 1486.

Sunt et aliæ litteræ Ducales 1490 in eadem materiam efficacissimæ, quibus cavetur, ne Gastaldiones Goritiæ se impediant in perturbando jura et jurisdictiones Capituli Aquilejensis, item aliæ de anno 1491.

Mira res denuo cum socio Venetias me miserunt Patres Rdi de Capitulo, peroravi et dixi prævio Spiritu Sancto, et cum fervore denique obtinuimus litteras alias ad D. Aloysium Lauredano Gradiscæ Provisorem 1496, ignitas quidem valde, et minarum plenas, et vehementia spiritus decretas in illum perturbatorem rerum nostrarum.

Stridebat ille adhuc fervens ira æstuans; iterum Venetias ~~ubi si quid potuit~~ reversus alias litteras miro in modum asperas habui, qui denique quievere visus reversus Venetias nobis quoad potuit adversus fuit in cunctis.

Ex libro antiquo Statutorum Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ: „In Christi nomine Amen 1291. In dormitorio Aquilejensis Capituli, dnus Kantul(?)dus de Villalta Decanus, et Capitulum Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ statuimus, et hoc statuto perpetuo valituro firmamus, quod omnes officiales tam intrinseci quam extrinseci amodo instituendi consueto salario sint contenti, excepto Gastaldione Sarræ quem contentum esse volumus medietate salarii sui.„

Nota ergo, quod Capitulum Aquilejense ponebat officiale in Sarra, ubi Gastaldionem statuebat præcipuum, et nota verbum in Dormitorio Aquilejensis Capituli, quia olim surgerat Præpositus, et etiam in Civitate Austriæ, et regulariter vivebatur sicut in hac Diœcesi, et finitimis aliis ultramontanis adhuc vivitur: vide Privilegia antiqua utriusque Ecclesiæ.

Adhuc vivo marmore importat Claustri nova vestibulo Ecclesiæ Patriar.

cialà sunt hæc verba excisa: Rector Cælorum rege vitam Canonicorum

Invadere volebant Fratres Servorum, qui Cittadella sunt, montem nostrum de Carra, et alia loca Capituli virtute litterarum Ducalium, quæ per fraudem fuerant extortæ in quibus hæc verba: et al detto luogo et Monasterio acciò li Religiosi de quello possino viver date e concedette li terreni li vicini della nostra Signoria il Bosco saria el monte de Carra over altri, come alla vostra prudentia, che sete sopra il loco necessario ap: parerà &. et in hoc certamine sic et iuste fortiterque pugnavimus audi: tis, et bene demum intellectis rebus, et juris fidelissimi Capituli, Serm. Duc. Dom. mutavit etiam in hoc sententiam, et more suo sanctissimo ad fuit nobis et favit.

Postquam Comes Carolus Fortebrachius armorum ductor Carram villam cum sua pulchra Curtina omnino destruxit, male versatus in statiis, et licen: tia sua militari malorum consiliis stimulatus, etiam Gradiscam delevit, et Diccente villa longe plusquam a Turcis mala mali addita in nos fuerunt, omnes etiam compatriotæ loca ipsa Capituli invadebant, obtinui nos Clar. D. Ber: nardo Trevisano Locumtenente sic videlicet 1482 die 11 Junii, ut constat manu S. Antonii Pizzuti, sive de Franciscinis de Glemona Cancellarii Pretorii, et in ejus notis quod magnificentia sua decrevit, et mandavit, quod Rustici S. Ji: larum..... qui pro suis angariis fieri fuerunt sæpe apud Cittadellam Gradiscam, de cætero non faciant fieri in locis adjacentibus ipsi Cit: tadellæ et villis Capituli Aquilejensis jam afflictatis, seu quæ deinceps

contigerit affectare absque licentia Capituli vel colonorum suorum.

Ecce itaque quod in illis locis nostris cum reclamavimus fuimus exauditi pro sidentes.

Resignant Comites Goritiæ jus Advocatiæ, quam invaserant, in manibus Patriarchæ, ut supra; Refutatio vero admissa, et confirmata nominatim fuit per summos Pontifices, et per Imperatores plures. In speciali autem Otto Imperator unus donat cum omnis jurisdictione Imperiali Villam de Farra cum aliis Villis illi proximi, et subjectis veluti bona ex Imperiatus, quæ libera erant, ut pote Imperialia, et nullo modo subjacebant juri alicujus Advocati fui, et enim ridiculum, absonum, et omni jure contrarium, quod Imperialia bona, et jura uni Comiti, ino Goritiano parerent, et supremus orbis Dominus tale subjaceret in illis suis Romani culminis rebus, et prerogativis.

In calce instrumenti Refutationis Placiti Advocatiæ inter cetera sic dicit: Ita ut nullus Advocatus amodo et usque in sempiternum inibi placitet, sed fratres Deique et religiose atque devote Deo jugiter servientes perpetuo et inviolabili jure habeant, itaut orationes eorum, in quas nec non omni claritate unanimes receperat fideliter habeam, quibus salvari firmiter credo in corpore et anima; et in fine sic: Quod si aliter, quod absit, contra spem et fiduciam nostram salutis suæ obliti fecerint, sit in eis ultio divina pro remedio vitæ eternæ, dans eis supplicium mortis perpetuæ.

Et donationem Farræ de qua supra, per D. Ottonem cum jurisdictione, et refutatione Advocatiæ confirmat Alexander Papa tertius anno 1176 cum presentia, et subscriptione Cardinalium suorum, ibique &c. preterea sicut Burchardus et postea Henricus Placitum Advocatiæ &c.

Deinde Lucius Papa tertius anno 1184 ibi præterea &c. item Fridericus Imperator sub dat. Venetiis apud Monasterium S.tæ Trinitatis anno 1177 regni ejus 26 Imperii vero 24. D. autem Otto quartus Imperator anno 1208 regni ejus 11. ibi præterea &c.

Est autem hoc Privilegium D. Ottonis optimum, quo Volchero Patriarchæ conceditur Ducatus Goritiæ cum omnibus, quæ ad jurisdictionem, et Bannum Principis spectant, et confirmat gesta inter Patriarcham et Comites illos.

In fine privilegiorum illorum summorum Pontificum sic expresse habetur: „si „quæ igitur in futurum Ecclesia secularisve persona hanc nostræ constitutionis pa„ginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commoni„ta, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honoris„que sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniqui„tate cognoscat, et a sacratissimo corpore, et sanguine Dei et Domini Redemptoris „nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subja„ceat; cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit Pax Domini nostri Jesu „Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judi„cem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.„

Imperatores vero in extremis Privilegiorum suorum pœnas temporales fulminanter adjiciunt. Vide tu ea.

Fundator autem novissimus Templi sacratissimi Poppo Patriarcha tempore suo, qui Goritiæ locus post inæstimabilem illam desolationem per Attilam crudelissimum illatam, in parte ultima et finali Privilegii sui præcipui, sic inquit: si vero aliquæ quælibet personæ, sequitur maledictio anatema.

Jam potui laudari libens, et animo forti pro tutela domus Domini, et prævia Spiritus Sancti gratia, profeci, et prodii Goritianis invitis et pera-

commentis quibusdam Capituli contraria moventibus, Goritianorum studiosi, qui cum illis in meam mortem conspirarunt se excusantes, et totum hoc in me reiicientes, dicentesque quod etiam altari assistentem ac Sacrificantem mactarent, et similia ac falso conviciantes quanto detestabiliores dicerunt Diaboli filii; ex quo, et a quo omnia fuerunt semper, et sunt.

Habes itaque lector quomodo et Reges ipsi, et Principes temporum celebrarunt Aquilejense atque Augustum ita excoluerint, et muneribus magnis illud ditaverint, summoque honore dignum duxerint.

Jacobus Gordinus Marianensis Sanctae
Aquilejensis Ecclesiae Archidiaconus, et
Canonicus Doctor minimus dixi
corde et animo pro Domo Domini mei
Jesu Christi, et Mariae Genitricis
Sanctorumque Patronorum.

Summarium agendorum, et dicendorum

Capite primo dicendum, quod nondum erant in rerum natura Comites Goritiae quando Templum fuit fundatum, et Ecclesia consacrata, et ideo de jure, et de facto non potuerunt creari Advocati hoc est Defensores et Patroni illius.

Item 2.° quod dato sine praejudicio veritatis aliquando Comites ipsi fuissent consecuti talem honorem Advocatiae, ipsam renunciarunt in manibus Domini Patriarchae Ducti sano consilio et conscientia, quod utique facere potuerunt, et debuerunt relaxando potius veluti detentores injusti.

Item 3.° Esto quod post illam resignationem aliquando ipsi Comites de novo fuissent consecuti dictam dignitatem, quod minime probant, nec possunt probare, quia non est sic, nam allegant solam praescriptionem, qua tantum se tuentur; respondeo quod etiam

in ipsa tali nova pretiosa consecutione non fuerunt servata servanda de jure, et sine forma aliqua substantiali, et absque autoritate legitima.

Item 4.° Quod, renunciatio nulla potuit causari propter resistentiam de jure expressam ut supra.

Item 5.° Quod instrumentum illud damnatissimum de tribus Rolotti, de sale, et de Oleo non subsistit, quia contra utilitatem expressam Ecclesiae immo in evidentem jacturam et quidem maximam, contra omnem formam juris.

Item 6.° Exagerare convenit mores detestabiles Comitum Goritiae, qui eodem Capitaneum Aquilejensis Ecclesiae, sed et ipsi praecipue Domino suo Patriarchae tam quam vassalli perfidi perversi fuerunt, et sunt rebellando cum rebellibus aliis, et potentioribus in hac Patria tunc infelicissima, captivando etiam ipsos Patriarchas, et interficiendo eos, sicariorum more, publicorumque latronum, et populatorum spo- liando comburrendo, destruendoque omnia, in Patria lucis admittente et favente.

Contra iura Imperii Romani, a quo Sancta Ecclesia Aquilejensis Regalia sua habuit, Comites Goritiani turpiter saepissime insurrexerunt, Patriarchis ipsis infestimo- do cum Rizzardo de Camino, modo cum Comitibus Veglie, et aequis cum aliis dependen- tibus, quos in Patria Feudi nomine Ligio sibi fecerunt, cum villis, quas ab Imperio Patriarchis habuerunt, et quas Comes a Patriarchis extorsit. Non enim etiamsi ipsi Co- mites immediate a Romano Imperio ipsas obtinuissent, potuissent ipsas Villas alienare eodem unico, et sic de Patriarcha dixero, a quo illi dependebant; nam nec minima Em- phiteosis potest in alium transferri irrequisito Domino principali, ac directo.

Et ulterius rebellarunt Goritiani Comites contra Carolum quartum Imperatorem, contra Fridericum tertium, et alios Imperatores a Matthiam regem Hungariae con- fugientes contra illius sacram maestatem et Dominium praefatum.

Et etiam novissimis annis a suo et nostro Sermo Duc. Domo penitus deficientes Tur- chis aditum in nos et Christianum nomen procurantes, et pessimi quoque non sunt veriti per- petrare cum illis.

Item 7.° Quod licet aliquando per potentiam et Tyrannidem ipsi Comites forte aliquid pro 7 Vidria, sive Ruoyera illa falso praetensa sibi vendicarent usurpando et extorquendo contra Debiles Decanum et Canonicos ipsius sanctae Ecclesiae Aquilejensis, cui fidem juraverant, tamen Capitulum nihilominus semper continuavit suam possessionem jurium Regalium suorum in Farra, Gradisca, et aliis, de quibus in privilegiis suis.

Item 8.° Quod Serenissimi Duc. Domi auditis audiendis, scilicet Nuncijs Serenissimorum Dominorum Friderici, tertii Imperatoris, et Maximiliani ejusdem filii Regis Romanorum, nec non ipsius Comitis Goritiae, videlicet Leonardi novissimi, jussit, et mandavit, quod illi de Farra, et de illis dictis Villis Gradiscae nullo pacto obedirent illis de Goritia, officialibus videlicet dicti Comitis, et quod Dominum praefatum conservaret eos indemnes, et defenderet.

Item 9.° Quod quamvis Comites ipsi in vim Represaliarum de facto occupassent Decimam in Plebe de cui..... dicti Capituli ob justissime sibi denegatam Widriam in Farra et Gradisca quam quidem Decimam denique Serenissimus Dominium juste restitui jussit ipsi fidelissimo suo Capitulo, et decrevit in favorem ejusdem Capituli contra Comitem etiam causa disputata coram se in contradictorio cum illis oratoribus de quibus supra, digne..... Serenissimum et Xmum Duc. Dom. solita pietate justitia et religione parique studio innatae bonitatis supersedere, et minime barbare dictum Capitulum sibi deditissimum occasione dictae falsissimae Voocatiae, sequendo quoque institutum suum antiquissimum, et suorum majorum, quod semper fuit alienum ab omni tyrannide, et prorsus potius mores illos barbaros, violentos Deo et Ecclesiae Sanctae Dei iniuros detestare, abolere, penitusque extirpare una perpetui silentii interpositione; ita et taliter quod Capitulum queat libertati libertate in suis Ecclesiae suae bonis ac juribus cum quiete et pace, ut Deo omnipotenti inservientes in ipso Sacratissimo Templo securi, et omni perturbatione quovis modi liberi pro felicissimo statu, quiete, atque tranquillitate ejusdem possint et queant

-tuto affectu cordiali orare, et deprecari Altissimum Deum, cujus nutu cuncta sub-
sistunt, et per quem Reges regnant, et Principes justa decernunt judicia.

Non sunt accomodatæ hæc, quæ de Advocatia modo aguntur usibus, judicio meo, Serenissimi Duc. Dom. nostri, non Christianorum, non præsertim fere Italiæ. Tacendi tempus est, inquit sapiens, et tempus loquendi. Pertulimus Hunnos, Longobardos, Gothos, Alanos, et de Caucasi rupibus inundationes illas multiplices barbariem suam profundentes. Non detur de re certissima disputationi locus ne occasione juris pretensi alii non dissimiles fortassis insultent Advocatiæ nomine, quod falso sibi Comites arrogarant in bonis Romani Imperii et Ecclesiæ Sanctæ Dei, et Domini Serenissimi prefati Adsistat virtus maxima Maximiliani nostri semper Augusti.

Hortor, rogo, requiro, et obtestor Ecclesiæ Sancti Felicis ne meum sudorem destituant confratres mei, requiroque per viscera Misericordiæ Altissimi Dei nostri perque merita Virginum, et primo Beatissimæ Mariæ, et omnium Sanctorum; eorumque præcipue quorum Reliquiæ in templo ipso augustissimo custodiuntur, et possibili devotione asservantur in Sacro Dormitorio toro, quod supradicta omnia a me fideliter digesta annotentur, et registrentur in chartis et libris magnis capitularibus, addanturque non sine ratione volumini illi intitulato Gradisca ad futuram memoriam.

Denique quod summus et orthodoxus Princeps et Imperator optimus Maximilianus Optimi Frederici filius, et Serenissimum pariter Duc. Dom. nostrum Venetiarum tuebuntur, ille successionem testamento contendens, dominium vero jus devolutum, et quod Ecclesiæ est conservabunt; nihil enim fuit in advocatia, de qua cum loquentus, et sicut liquet satis quod Goritiano Comiti deberetur, Hæres defuncti animum liberet, et quod penitus non erat illius, nullus successionis obtentu corriperet.

Adsistant ipsi potius Ministri templi Altissimi, et in dote sua non impe-

tant, sed colant, venerentur, foveant prædia ipsius, quibus ipsi foventur in cunctis Patri filioque. Adversatur quisquis Matris Beatissimæ Templo detrahit, nec Spiritum Sanctum habebit propitium Fidei Sanctæ asservatorem firmissimum; ab utroque procedens Paraclitus propitiabitur, et invictissimo Imperatori et Dno inclito ac victoriosissimo, Trinitasque sancta ipse Deus, et Patriarchatui Ecclesiæque suæ Sanctæ.

Inter cætera præcipua Sanctæ Ecclesiæ Aquilejensis privilegia, et documenta hoc subjecerimus, quod Lotharius Ludovici Imperatoris filius admodum dilexit Andream Patriarcham Aquilejensem, quem sanctum vocat, extulit ac fovit. Legere merui hujus pientissimi Dni præcepta de rebus Alboini, qui prius occupaverat Forum Julium, cui ipse Gisulphum Nepotem præfecerat, et inde delapsus omnem oram Venetam subigens Veronæ regni sui sedem statuit, et cum interfecto Desiderio Longobardi expulsi sunt sub Adriano Sanctissimo Papa, cui Carolus Magnus inter cætera præclara munera Forum julium dedit, sicut Bibliothecarius Lateranensis refert, et post eum Platina in ejusdem Adriani Vita ipsa Patria omnis ad Patriarchas nostros defertur.

Extant Privilegia Carolorum vetustiora Ecclesiæ Aquilejensis Sanctissimæ erogata, nec Alboinus ille fuit Longobardorum Rex primus, qui meticulosus compulit Paulum, alias Paulinum Patriarcham gradum cedere cum omni pretiosa suppellectile. Paulus Diaconus de hoc disserit, et Pius lib. 11. additionum suarum in Blondum verba formalia interseret Bibliotecarii, ubi inter cætera sic:

Subjungit Exarcatum, quo verbo cætera amplectitur, quæ ad Ravennam pertinent; ponit Venetiam atque Istriam, quarum appellatione Forojuliensem Ducatum comprehendit. Ecce habes fidelis lector summariam historiam de primordiis temporalibus Ecclesiæ Aquilejensis nostræ Sanctissimæ, longa annorum successiva serie alii atque alii Christiani Orbis Reges pari studio pietatis concesserunt quædam, et quidem magna.

Paulinus idem multa Patriarchatui adjecit merito suæ Sanctitatis. Declinavit

hic regnum Longobardorum Arriana labe infectum; Superiora illa partranseo, et vivus et post mortem mirandis claret. Inter Aquilejensem et Gradensem Patriarchas hinc hortæ discordiæ. Maxentii Patriarchæ nostri gesta leguntur, cujus precibus Lotharius effecit ut Eugenius secundus cum Ludovico Imperatore patre Lotharii Mantuæ Concilium venerabile habens deposuerit Venerium, qui falso sibi Patriarchæ nomen vindicaverat, et adiudicatur Gradus Plebs Aquilejensis.

Hic Lotharius Imperator dilexit sane Mascentium hunc nostrum, cujus Ecclesiam prærogativis auxit atque ornavit, illa tunc utebatur vocabulis Sanctorum Apostolorum Principis, et Dei Genitricis Mariæ. Legi Privilegia de hoc anteriora.

Jacobus de Marano qui supra adieci.

Giacopo Gordino vivea nel Secolo XIV. adulto, come ricavasi dalla Lapida sepolcrale, ch'egli vivendo si pose nella Capella di S. Girolamo nella Catedrale di Aquileja, già da me pubblicata nel primo Tomo delle Antichità Aquilejesi al N.° DXXVI. ed anche dal bel suo panegirico recitato in Aquileja a Nicolò Patriarca, già pubblicato ed illustrato dal dottissimo P. Bernardo de Rubeis Monum. Eccles. Aquil. col. 1063. La Scrittura che dal Gordino son per produrre porta al di fuori questo titolo. Advocatiae nondum correctae. Questa è un Apologia contro l'ultimo Conte di Gorizia intorno all'Avvocazia da lui pretesa. Bene sta l'espressione da lui appostale di nondum correctae; ~~Questa~~ mentre in essa moltissime scorrezioni s'incontrano di lingua e di Ortografia, e cassature sopra le quali altre parole si sogono rimesse, che non solamente riempiono i spazj frà riga e riga, ma anche bene spesso intaccano le righe stesse, e le sorpassano. Nelle margine molte giunte vi si osservano, chiamate alle sue proprie nicchie da cifre, che poi nel testo bene spesso non si ritrovano. La scrittura è di caratteri molto minuti, e mal configurati. Cose tutte che non poca faticosa mi han resa e difficile la copia, che son per dorne che la molta diligenza però ed attenzione che ho usato nel farla hanno bastato per renderla alquanto migliore.

Bertoli. Antich. d'Aquil. V. III. mss.

Oltre le suddette parole Advocatiae nondum correctae leggonsi al fuori anco le se-